



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vita Et Doctrina Christi Domini

More, Henry

Antverpiae, 1649

XXXV. Auaritia fugienda. Luc. 12. 13.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-56545

LA
m fue-
n erit;
enebra
cidum
i tene-
lucern
'Cor-
is ap-
s in-
ope-
n, dis-

n qui-
, &
cœpit
bapti-
ninus
leforis
us est
itate.
us est,
mta-
, & &
gust.
rdia.
e tua
ndi-
cat

CHRISTI DOMINI. PARS 2. 507

cat à te anima tua redi ad conscientiam tuam ; quicunque malè vivis redi ad conscientiam tuam , ibi inuenis mendicantem animam tuam , inuenis egenrem , nec fortè egentem , sed egestate obmutescentem ; nam si mendicat , esurit iustitiam .)

XXXV.

Avaritia fugienda. LUC. 12. 13.

I. **A**lt autem ei quidam de turba : Magister , dic fratri meo ut diuidat me cum hereditatem : At ille dixit illi ; Homo , quis me constituit iudicem , aut diuisorem super vos . Dixit q̄ ad illos , videte & cautele ab omni avaritia ; quia non in abundantia cuiusquam vita eius est ex his quae possider August " Quid est ab omni ? qua Aug. f 196° re addidit ab omni ? fortè tu avarum & de temp. cupidum dices si quæreret aliena : Ego autem dico , cupidè & avarè non appetas nec tua : hoc est , ab omni . Magnum pondus ; si fortè hoc pondus infirmis imponitur , rogetur ut qui imponit , vires dare dignetur : Non enim leuiter habendum est , quod Dominus dicit , ca-

uetet :

508. DOCTRINA ET MIRACULA

uete: Nouit ille quantum malum sit nos non nouimus; illi credamus.)

2. Dixit autem similitudinem ad illos, Hominis cuiusdam diuitis uberes fructus ager attulit, & cogitabat intra se, quid faciam? quia non habeo quo congregem fructus meos: & dixit, hoc faciam, destruam horrea mea, & maiora faciam, & illuc congregabo omnia qua nata sunt mihi, & bona mea; & dicam anima mea, Anima habes multa bona posita in annos plurimos; requiesce, comedere, bibe, epulare. Gregor.

Basil. ho. 6. "O Angustia ex satietate! & Basilius, "Quid faciam? Parata tibi responsio fuerat; Esurientium animas explebo, imitabor Ioseph, &c. quæ autem dicit? Anima habes, &c. O verba stultissima! Nam si porcinam habuisses animam, quid aliud enuntiare potuisses?)

3. Dixit autem illi¹ Deus, Stulte² hac nocte³ animam tuam⁴ repetent à te, qua autem parasti⁵ cuius erunt? Sic est qui thesaurizat, & non⁶ est in Deum dives. Aug.
"Si seruaueris, tua non erunt; si erogaueris, tua erunt; quid reponis quod restaturus es? præcedant magis quod secuturus es.)

6. No-

August.

LA
sit nos
ad illos,
fructus
uidfa-
m fru-
struam
⁊ illuc
ihi, ⁊
Anima
rimos;
regor.
silius,
o fue-
o,imi-
⁊ Ani-
Nam
quid
e: bac
e, qua
uithe-
Aug.
roga-
d re-
secu-
No.

CHRISTI DOMINI. Pars 2. 509

4. Nolite timere pusillus ¹ grec, quia Pro Conf.,
complacuit Patri vestro dare vobis ² re- sore non ³
gnum; vendite ³ quæ possidetes, & date ele- Pontifice.
mosynam; facite vobis sacculos qui non
⁴ veterascunt, i thesaurum ⁵ indeficientem
in cœlis, quo fur non appropiat neque tinea
corrumpit; ubi enim thesaurus vester est,
ibi & ⁷ cor vestrum erit.

XXXVI.

Dominus fideli seruo quomodo expe- Pro Conf.
ctandus. Luc. 12. 35. Pars I. non Pontif.

I. Sint lumbi vestri ¹ præcincti, & lu-
cerna ² ardentes in ³ manibus vestris.
& vos similes hominibus ⁴ expectantibus
dominum suum quando reuertatur à ⁵ nu-
ptiis, ut cum venerit & pulsauerit ⁶ confe-
stum aperiant ei. Beati serui illi quos cum
venerit dominus inuenierit ⁷ vigilantes.
Tertull. ⁸ Expediti esse debemus ab im- Tertull. 4.
pedimentis laciniis & vitæ, & implici- cōtra Marc.
tæ; mentes etiam à fide habere accen-
sas, & operibus veritatis reluceentes, at-
que ita expectare Dominum, id est
Christum.)

2. Amen